



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

13. An ex superfluo status teneatur quis facere eleemosynam in  
communibus pauperum necessitatibus? Et an pauperibus, qui ad  
mendicandum publicis in locis expositi, vel ex nuditate, vel ex morbo ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

nam quod non potest licetē retinēti, non potest etiam licitē acquiri. Ergo.

4. Quæ cū finē duriora, neque de talibus soleat pœnitentibus esse scrupulus, vel à confessariis eis iustifici, neque detur ratio efficax, quæ illum admittere compellat; relinquitur sanè, nec esse admittendum quod peccatum mortale sit superfluum, tam naturæ, quam statui retinere in alium finem, quā in pauperum subuentioinem? excepto casu extrema, vel quasi extrema, seu grauis necessitatis, & non communis; pro communis autem necessitate, intelligo illam, quam patiuntur pauperes ostiati mendicantes, & hi qui utique quidem tuerint suum statutum, sed non sine magno labore, nec sine difficultate: quos quidem pauperes, non tenentur diuities inquireti ad subleuandam eorum egestatem, vt ex Nauarro notat Reginaldus in praxi tom. 2. lib. 4. cap. 20. sct. 1. n. 146.

Sup. hoc in  
Ref. 1. not.  
præterita, §.  
Tertiò, & la-  
tè inſtituta.  
Ref. 18. fi-  
gurator in  
fia.

5. Ex omnibus respondeo ad propositum quæſitionem negatiæ: & licet opinio affirmativa eſſet vera, tamen in praxi nunquam, aut rariū eueniet. Nam, vt ait Vasquez opus. de elemos. cap. 4. dub. 4. num. 14. laici posuunt de bonis patrimonialibus feruare ad statutum suum, vel consanguineorum mutantum, & tunc illud non dicitur superfluum. Vnde vix in sæcularibus inuenies, etiam in Regibus, superfluum statui. Hæc Vasquez, quæ quidem confessarii diuitium multum plausibilia erunt.

### R E S O L . XIII.

An ex superfluo statutus tenetius quis facere elemosinam in communib[us] pauperum necessitatibus?

Et an pauperibus, quid ad mendicandum publicis in locis expositi, vel ex nuditate, vel ex morbo extrema necessitatis evidentiā signa offendunt, sub precepto teneatur quæ ſucurrere, si habet superfluum vite?

Et notatur quod si quis habens superflua ita omittit elemosinam, vt nihil omnino de communi necessitatē patientibus, aut ita modicum pro quantitate sua substantia, peccat mortaliiter. Ex part. 5. trac. 8. Resolut. 17.

Quæ hic est  
Ref. antec-  
dens, & sup.  
in Ref. 8. §. 1.

§. 1. Prima sententia affirmat, sic sentiunt Doctores, quos ego ipse citavi in 2. part. trac. 1. mis. refol. 32. quibus nunc addo Iohannem V Vigersin 2. 2. quæf. 32. art. 6. dub. 6. num. 39. Bocanum in 2. 2. cap. 21. dub. 4. num. 8.

2. Secunda sententia Azorij tom. 2. lib. 12. cap. 7. q. 4. ver. accedit. Suarez de charitate, disp. 7. sct. 3. n. 3. & Lorca in 2. 2. sct. 3. disp. 39. memb. 2. num. 30. vbi docet quod nemo tenet omnibus communiter indigentibus subuenire, sed aliquibus, nec tenetur in totum alicuius indigentiam subleuare, sed satis est aliquid ei date. Item potest omitti unus & alter pauper communiter indigentes, etiam si petant elemosinam referendo eam aliis. Ex quibus infero neque etiam esse necessitatem totum superfluum in elemosinam expendere, sed potest aliquid reservari in alios usus licitos; & praestitum pios. Quorum omnium ratio hæc est, quia præceptum occurrendi communibus indigentibus pauperum ex parte accipientium non est determinatum, sed vagum, & indeterminatum, ex parte dantium non est tale, vt singulos obliget in solidum, sed communiter omnes diuities, & habentes superflua, & sufficientes his necessitatibus subueniri censeantur, si singuli aliqui dent, & aliquibus; quam latitudinem obligationis communis elemosynæ, & proper eam non esse prætermittenda alia opera pietatis, indicauit Christus Matth. 26. cum approbans obsequium Magdalena dixit Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis, id est,

occasio beneficiandi pauperibus semper adest, & non ita vrget, quin possit in aliud tempus diffieri, &c. Non ergo iudicandum est quoniam peccare mortaliter omissione huius præcepti, eo quod superflua possideat, & retineat, vel in alios usus expendat, nec eo quod unum, aut alterum pauperem prætermittat, sed tunc solum quando ita omittit elemosynam, vt nihil det, aut ita parum pro quantitate substantia, & in eodem modo omittere reliqui diuities, pauperibus debet subfundit, id autem in specie decimæ prudentis arbitrio committit debet. Ita Lorca. Vnde ex his Suarez obi. suprā num. 7. censet esse peccatum mortale hunc actum, Nolo de superfluis erogare elemosynam in communib[us] necessitatibus, nisi sciret ocurras graues necessitates. Vide Tannerum tom. 3. disp. 2. 2. 2. dub. 2. num. 15.

3. Tertia sententia affirmat in tali casu adesse tantum peccatum veniale, & ita docet Granadus in 2. 2. controverf. 3. trac. 1. 1. disp. 2. sct. 4. num. 26. vbi sic ait. Di-  
co tertio, excusari non potest à culpa veniali, & periculoso statu, qui de superfluis non eligitur elemosynam in communib[us] pauperum necessitatibus nisi cùm ratio aliqua pietatis, & diuini obsequij præponderat; hoc vt minimum dandum est Doctori bus posterioris sententia, & fortitudinis argumentis, quibus ea comprobatur, & sane nemo est, qui non videat otiosam & auaram pecuniae retentionem esse, quando quod tibi nullo modo, etiam ad status gloriam, & magnificentiam, necessarium est, in area reservas, aut nouas domus extruis, & ad honoris aspiras. Merito itaque Iacobus Apostolus in sua Cap. ciuimodi diuities incœpauit, Diuitia vestra p[ro]fessio[n]e sunt, & vestimenta vestra à tenuis concepta sunt, aurum, & argentinum vestrum aruginavit, & argo eorum in testimoniorum vobis eritis, & manducabitis carnes vestrae sicut ignis, thesaurizatio vobis iram in novissimis diebus quæ verba esti grauen culpam significant, & intelligenda sint rigorosè de diuitiis, qui extremit, aut grauibus necessitatibus succurrere nolunt, iuxta p[re]missam assertionem, & dicta etiam videantur contra diuities, qui retinent aliena, & occasione diuitiarum alia luxuria & homicidij sceleris perpetrantur, vt collat ex sequenti, immediatè in illo metu capite, adhuc tamen quoad culpas veniales, & maximum mortalitatis periculum extendenda sunt ad easum nostræ tertie assertio[n]is. Vide egregium Commentarium Augustini de Quirios in predictum locum. Addidi rame, in ratio aliqua pietatis, aut diuini obsequij præpondere, quia si in communib[us] necessitatibus diuites non eligitur pauperi elemosynam, vt templum adhuc, vel Monasterium Religiosorum erigat, vel quid simile, ab omni culpa excusatibus, vt Ecclesiæ praxis perfuderet. Ratio vero est, quia cùm obligatio in predicto casu subveniendi pauperibus non sit gravis secundum probabilem opinionem, de qua in secunda assertione, sed leuis & orta ex charitate, cuius præcepta non solent ita strictè obligare, videtur sufficiens ad vitandum in hoc negotio omnime peccatum, quod in sumptu p[ro]lixi, & diuini obsequij expendantibus bona superflua, nec est pauper rationabiliter iniunctus, si propterea communem eius miseriari non subleuat, vt alia opera pietatis exequatur. Haec tenus Granadus loco citato.

4. Verum his non obstantibus mihi placet quarta sententia negans nulli hominum esse obligationem erogandi elemosynam in necessitate communis. Ita DD. quos ego citavi vbi suprā in 1. part. tr. 1. Mis. trac. refol. 32. quibus nunc addo doctum Hurtadum de Mendoza in 2. 2. disp. 159. sct. 4. §. 131. & ratio est, quia ego non tenor alicui erogare mea bona, quædo prudenter existimo proximi necessitatē depelendam ab altis; sed hoc contingit in necessitate com-

muni. Ergo in illa ego non teneor errogare eleemosynam. Maior satis est probata tota hac disputatione, non solum in necessitate communi, sed etiam in graui & extrema (dummodo non immineat periculum vita interior dum aliis accurrit.) Minor etiam est sape probata quia si quis egeat alimento, & hoc non donetur ab aliis, iam est in necessitate graui, in extremis. Multæ enim necessitates dicuntur communes, non quod materia sit leuis, sed quia agentes à multis leuantur, ita ut me eleemosynam prætermittente, alij eam cogentur patere in paupertate, qui vivere non possint ab aliis aliorum bonis, & tamen est in necessitate communi, quia licet à me non curetur, est tamen Xenodochium in quo curetur, aut ego sum conscius illum ab amico, aut vicino curandum, ob quod non teneo ego illum curare; teneret autem si id alij non essent præstituti, quod argumentum efficacissimum est ad ostendendam evidenter probabilitatem & prædicam securitatem hujus sententiae. Necessitas item communis potest considerari ex ipsa sola leuitate materiae, quamvis ego sum certus agenti nullum alium opitulaturum; in hoc casu probo meam sententiam, quia necessitate proximi est leuis quicquid enim mali, aut scurrilæ patitur, leue est; sed ego non teneo hominem leuare omnibus malis, etiam leuibus. Ergo neque cogare eleemosynam in eo eventu. Probo minorem, tum quia hominem leuare omni in labore, est illum constitueri in magna felicitate, & illum liberare ab omni indigentia, & illi locupletare, quæ enim maior felicitas corporis esse potest post origine pecatum, quam nihil dolere; Aut quæ opulentiores diuinitas, quam nullo egere? Sed ego non teneo hominem locupletare, neque illum ita curare, vt capite nec leuiter doleat; est enim haec intoleranda diuitiis sollicitudo, quam vix parentes gerunt cum filiis, quos aliquando laboribus, ac doloribus exercent, neque à me exquirenda est maior sollicitudo in alios, quam in me ipsum debeo, & quidem argumentum quod mouit Antonium atque Durandum, magni momenti est, ne videlicet tam infiniti diuitiae damnentur, qui minutæ istas pauperum egestates parui faciunt; & quidem quando Doctorum auctoritas & argumentorum pondus dant locum, non infinitorum conscientias opprimamus id faciendum est, ne illi perirent, quando possint probabiliter ab illo periculo liberari. Dooigit cum diuitiis censeo esse facienda, alterius illis confundendum, & serio persuadendum, vt liberales sint in pauperes communes, & ea ratione Deum sibi placent, & concilient, quod sancti Patres de scripto & octione sape fecerint; alterum diuities esse ducendos, eos non teneti ad eleemosynam erogandam in necessitate communi, melius enim est, vt multi eleemosynam tota conscientia omittant, quam ut eam omitrant cam conscientia peccati mortalis, & quamvis aliqui pueri præ scrupulo eam efflent erogatur, id tamen leuissimum est momenti, quam tot animorum interitus, qui eam non erogabunt quamvis se ad id obligati apprehendant. Hucusque Hurrad. loco citat., qui §. 136. subdit omittit eiusmodi eleemosynas in communib[us] necessitatibus ex obiectione, & per se nullum esse peccatum; per accidens autem frequenter est peccatum veniale, quia illa omissione oritur ex animo auaro plus iusto pecunia amantes, neque illi omissioni præscribitur finis honestus, sed potius in honestus: ergo, &c.

¶. Nonandum est hic obiter primò quod stando in prima opinione querit Malder. in 2.2. quest. 32. art. 5. dub. 1. quest. 4. an pauperibus, qui ad mendicandum publicis in locis expositi, vel ex nuditate, vel ex morbo extreme necessitatibus evidenter signa ostendunt, sub præcepto teneatur quis succurrere, si habeat superfluum vita? & responderet ratus cuenit, vt quis re-

natur, quia ferè ad mouendum spectatores huic modi necessitas exaggerari, & aliquando etiam ab eis simulati solet, vel sanè ab aliis iuuandi facilis presumuntur. Ita Malderus, & post illum Ioannes Vvigeris in 2.2. quest. 33. art. 6. dub. 6. concl. 2. n. 32. quod est valde notandum.

6. Notandum secundò, stando etiam in prima opinione, quod si quis habens superflua, ita omittit eleemosynam, vt nihil omnino det communem necessitatem patientibus, aut ita modicum pro quantitate suæ substantiaz, vt si alij diuities eo modo facerent, pauperibus decesset subsidium; mortaliter peccat, quia transgreditur præceptum de eleemosyna in re graui, quāvis enim singulæ tales necessitates non sunt per se magni momenti, multæ tamen coniunctæ efficiunt in Republica magnam iniuriam, multæ etiam omissiones eleemosynæ in similibus necessitatibus habentes, non ut multa peccata venialia, quæ nunquam faciunt unum mortale, sed ut una notabilis transgressio præcepti simili aliquo modo, quo etiū furtum parvum sit solum veniale peccatum, multa tamen parva furtæ constituant peccatum mortale, quatenus continent magnam iniustitiam, ac supponunt voluntatem retinendi multum rei alienæ. Ita Sylvius in 2.2. quest. 32. art. 6. queritur 2. ad argum. 6. Azorius tomo 2. libro 12. cap. 8. quest. 1.

#### RESOL. XIV.

*An spes ascendendi ad superiorē statum liberet ab onere etlargiendi eleemosynam de superfluis? Ex p. 5. tract. 8. Refol. 20.*

§. 1. Negatiu[m] respondet Lorca in 2.2. sect. 3. ad disput. 39. memb. 1. num. 7. vbi sic ait: Addunt aliqui ad necessitatem, vel conuenientiam status reuocādum esse ascensum ad superiorē statum, ita ut ea non censemant superflua, quæ excedant mensuram status præsentis, conducere tamen possint, & referuantur; vt homo altiore statum acquirat, & acquisitum conservet, sed si haec sententia vera est, nihil inquam erit superfluum, quoniam quicunque potest ad altiore statum ascendere, & quæcumque superflua statui præsenti conducere possint ad acquirendum altiore statum. Nec sufficit si dicamus quod Cajetanus insinuat, id solum verum esse quando proximè speratur ascensus ad maiorem statum, quem tamen non omnes sperare possunt, hoc enim nullus est momenti, quia sequeretur illum, qui habet pauca ultra necessitatem præsentis status, habere superflua; qui habet autem plurima, nihil habere superfluum, quia isti facile est, & proximum altiore statum comparare, illi autem difficile & remotum; illatio vero videtur planè absurdia. Mihī aliter dicendum occurrit, existimo enim non id est bona non esse superflua, quod conseruentur ad acquirendum maiore statum, si quis tamē alia via speret proximè & probabilitate ascendendum sibi esse ad maiorem statum, in quo pluribus indigebit, vt quia fiet Consiliarius Regis, aut Dux exercitus, potest conseruare ea, quibus nunc non indiget tanquam necessaria statui futuro. Ita Lorca vbi supra, contra Cajetanum & Cordubam.

2. Sed ego puto sententiam Cajetani & Cordubæ esse probabilissimam, quam tuetur, vt alibi adnotauit sapientissimus Vafsq. opus. de eleemosyn. cap. 4. dub. vlt. n. 14. vbi sic afferit. Laici de bonis patrimonialibus possunt seruare ad statum suum, vel consanguineorum mutandum. Vnde vix in seculatibus inuenies etiam in Regibus superfluum statui. Ita ille, & cap. 1. dub. 3. num. 26. ita etiam ait. Appello superfluum

Alibi in Ref.  
quæ hic est  
supr. §. 8.  
Quarto, &  
in Ref. 9. §.  
vlt. cursim à  
lin. 5. & in  
Ref. 5. §. vlt.  
& recitante  
in aliis.

A a 4 status,